

S. VIII. 33.

EPICEDIA

Ultimo meritissimoq; Honori,

Admodum Reverendi, Nobilissimi, maximeq; strenui VIRI,

DN. CHRISTOPHORI ZASTROVII,

Illustrissimi, Celsissimi, Reverendissimiq; Principis ac Domini,

Dn. Bugislai, Ducis Stetini Pomeranorum uti quondam Clementissimi, ita jam desideratissimi, Consiliarii secretioris, illustris Archidicasterij Sedinensis Præsidis, & reverendi Capituli Caminensis Vice-Domini olim meritissimi &c.

ab

Amicis Condolentibus Consecrata.

STETINI,
TYPIS DAVIDIS RHETII
ANNO M. DC. XXXVII.

In Beatos Manes

CHRISTOPHORI ZASTROVII,

IUstitiæ & Juris Præses, ZASTROVIUS Heros
Occubuit, Præstans Vir Pietate, Fide,
Et te deseruit, Dux BUGSLAVE, imò præivit,
Officio functus cum gravitate suo.
Principis ille fuit nostri præcursor, & atri
Indicium fecit Funeris, heu lachrymæ!
Nam cecidit decus omne soli Pomeranici, & omnis
Cum Duce splendor, honos, gloria, fama, decꝰ.
Vivere quis vellet? comitari funera tanta,
Quis nollet? Mors ut sit medicina mali.
Namq; beatorum, Mors est Medicina doloris,
Felix in Domino qui benè functus obit.
Christe juva, bone Christe juva, succurre: perimus,
Solus tu in medio hoc Vita salusq; salo es.
Clamor eat Cœlo, pacem deposcite cives,
Dicite, dispereant qui fera bella vomunt.

DANIEL CRAMERUS D.

Quis mundi lachrymas cœli præferret honori?
Cum sentit mundi tristia tanta miser:
Gaudia nam cœlũ, sanctos & spondet amores,
Tristitiam nescit vita quieta poli:
Nosq; sacerdotes & Reges æthere reddet,
Justitiâ CHRISTUS vestiet atq; pios,
Heredes Patris, Gnatos, præstabit JESUS,
Se sponsæ æterno junget amore DEUS.
Ultra quid poscis? cœlo quoq; musica dulcis,
Et sanctos socios Numinis aula tenet.
Hinc te felicem quis non ad sidera ferret
ZASTROVV, qui sentis gaudia mille poli?
Tu discessisti justo nam tempore terris,
Nec Patriæ sentis tempora mœsta tuæ,
Certa tibi pax est dubiis cum fluctuat orbis,
Et mœsti cumulant tristitia multa dies:
Præcursorq; Ducis Bogslai rite quiescis,
Non variis trepidas motibus orbis item;
Eripuit justo te tempore Numinis aura,
Indignusq; malis digna brabeia capis:
Sed non invideo, qui tecum præfero cœlum,
Et celsi sitio cælica festa DEI:
Interea Patriæ summus sed præsit JOVA,
Adsit successu consiliisq; DEUS,

Ingq;

In q; bonum finem convertat bella eruenta,
Floreat in terris pax ut amica piis.

Ultimis honoribus intimi desideratiss.
apposuit,
Michael Raschius Doct.
& Synd. Stetin.

COnsuescunt epulis quidam ceu surgere lautis
Mature quidam tardiùs ire domum:
Mortales mundo quoq; sic valedicere tentant
Serius & citius, quemq; vocante DEO.
Quo citiùs melius; metuenda pericula vitæ
Declinant, Sortis despiciuntq; vices,
Hos sequitur Zastrovv mundi conviva dolosi,
Qui brevis, & præfert Enthea festa Poli,
Quòd melius sentit, citius rellinquere mundum,
Quàm pravis mundi se cruciare cibis.
Tristibus ereptus nunc sentit gaudia summa,
Cum Christo & sanctis Cœlica festa colit.

Condolentiæ ergo apponeb.
Bugslav Philipp Michels

JUstitiæ Antistes occumbit, plange Sedinum:
Mox moritur Patriæ Pater, heu, Pomerania luge,
Quem præcesserunt & sunt moriendo sequuti

Egrege

Egrege doctorum multi, lacrymate Camænæ,
Plora Relligio, geme Pax, Astræa doleto,
Virtus & Pietas communes edite planctus,
Cum pueris̃q; senes ululent, cum divite pauper.
Quidquid flere potest, lacrymis non temperet ullis.
Namq; data est ingens effusi copia luctus.
Scilicet impendet nobis mutatio magna,
Et mihi quam ante oculos videor spectare, ruina.
Sed confidendum est IOVÆ, qui cuncta gubernat,
Et mutare potest mala cum melioribus, almo
Quâ spe suffultos lacrymarum sistere guttas
Nos decet, & placidam extinctis optare quietem.

Testandæ observantiæ & Condolentiæ causâ f.

Philippus Geßler Ill. Archidicasterij Stet. Referendarius.

LAcrymis nunc ora rigate,
Querulos & tollite planctus
Omnes, quibus inclyta virtus
Cordi est pietasq; probatur
Cecidit nam morte peremptus
Vir avis atavisq; celebris,

Zastro-

Zastrovius optimus ille
Niveæ virtutis amator.
Patriæ mihi credite, magnum
Columen, Themidosq; sacerdos
Ce cidit, quô non fuit alter
Melior probiorq; putandus.
Fletus gemitusq; proinde
Miscete, dolete frementes:
Lacrymis vir dignus, ad æqui
Patriam qui *jura* refinxit.
Fuit Is præcursor ad astra
Dominiq; Ducisq; beati,
Pomeranæ gentis ademptum
Quem tot pia vota reposcunt.
Verùm nihil omnibus hisce
Agitur, per cœlica tempe
Nunc victor uterq; triumphat
Terrenaq; gaudia spernit.
Requiescant svaviter, opto,
Hinc Duxq; Clienq; saluti,
Post tristia fata beatâ
Vitâ sine fine fruentes.
Nobis, Deus optimus, hæc ne
Clades data funera signent,

Faxit

Faxit, Patriæq; ruinas
O tandem aliquando repellat.

Conteſtandæ condolentiæ & obſervantiæ cauſſj fac.

M. Martinus Leuſchner
Duc. Pæd Stet.

IN quo Majorum virtuti propria virtus
Conſonat, is veræ eſt nobilitatis honos.
Et tu, ZASTROVI, priſco ſplendore nitebas,
Quô genus & praavi nobilitare ſolent.
At magis exculiô fulgebas pectore, verâ
Quod dotes propriæ nobilitate beant.
Scilicet Euſebie, Phœbus, Pithoq;, Themisq;
Omne decus genio contribuêre tuo.
Adde, quòd & faſtu mens atq; tumore carebat:
Morum mirator, teſtis, amator eram.
Ædibus iſta meis quinos ſunt nota per annos;
Hæ te cultorem quondam habuere ſuum.
Quin te perſpexit Princeps, plebs, curia ſumma;
Prædicat eximiam Patria tota fidem.
Ergo boni te jam cuncti lacrymantur ademptum,
Ante diem bona tot morte perire gemunt.
Hinc apud hos nomen pariet tibi fama perenne,
Hinc venit à Domini pulchra corona manu.

Obſerv. & condol. declar. cauſ. f.
M. Heinr. Kielmannus, Gr. L. & Poëſ. Prof.
& ConR. Ducal. Pædag. Stet.

Ad

Ad relictam piè Defuncti viduam.

SI mihi adhuc flueret modulandi vena, *Colenda Fœmina*, teſtarer tibi longô carmine luctum,
Ex inſperatâ ſuſceptum morte Mariti,
Qui mihi erat Fautor magnus, fidusq; Patronus,
Cuius præcellens virtus, benefactaq; multa
Perpetuas lachrymas, & triſtia vota merentur.
Verum fingendi metra vis exaruit omnis,
Ac deſunt mihi verba, quibus te hoc tempore ſoler.
Quippe, quod indigeam propriô ſolamine luctu
Nondum ſopitô, quem cepi ex morte parentis.
Quare ignoſce mihi nunc, & breve conſule votum
Quæſo, boni, docti juſtum imô Corde dolorem
Pluribus atteſtabuntur Tibi fortè Poëtæ.
Servet Te Dominus longum cum prole relictâ
Incolumem, ſoletur, tuteturq; potenter,
Atq; omnes caſus ſimiles, funeſtaq; fata
Gratuitò, precor, avertat, faciatq; Mariti,
Nobilis ut tumulô permolliter oſſa quieſcant,
Donec lingua ſonet cœlô divina: RESURGE.

Conſolationis, debitæq; obſervantiæ teſtificandæ cauſa ſcripſ.

Daniel Brochvvedelius, Ill. Archidicaſterij Stetin. Secretarius & Protonotarij ſubſtitutus.

POMERANIA.

Ἀναγκ.

MIRA POENA.

Justitiæ Director eras qui justus & æquus,
Injustâ mortis lege solutus, obis,
Zastroidum splendor, Virtutis Imago, politæ
Artis Amor, Themidos gloria prima sacræ!
Justitiô indictô solidè concluſa tenetur
Justitiæ meritò celsa Palæstra sacræ,
Quum Princeps, nostræ Ditionis Ocellus, obivit,
Prælucente facem Præside Justitiæ!
Hic duplex casus Tibi erit, Pomerania, mira
Pœna, *velut fatô litera versa sonat!*
Si sapis, ô dulcis, luge, Pomerania: sanctæ
Justitiæ celsô cum Duce Præses obit!
Immò rogato Deum, sine ne Duce præda futura
Cuiq; sies, variis sat cruciata modis:
Sed, ceu Justitiæ datus est jam Præses amatæ,
Legitimus detur sic Patriæq; Pater;
Cujus sublidiô tuti floreſcere Pacem
Cernamus rursum, bellaq; deficere.

Ultimi honoris & obſervantiæ
ergò mæstus f.

M. Martinus Bambamius P. L.
& Scholæ Sedin. Sen. Con R.

Dignum

Dignum laude Virum si Musa perire recusat,
Zastrovij certè Virtus post funera vivet.
Quem stemma ornavit, celebravit Principis Aula,
Evexit Pietas, Candor, Mores q; probati:
Qui fuit instructus doctrinâ at q; arte politus
Multâ, nocte die q; utrius q; volumina Juris,
Sanctis Eusebiæ pandectis juncta, revolvens.
Æquô Justitiam tractavit pollice semper,
Decepit querulos nunquam spes ulla clientes.
Cunctis jus dixit constanti mente, remotô
Respectu Personarum, nec munere captô;
Et jus poscenti facilem se præbuit omni,
Verùm contemni, ut decet, est à nemine passus.
Adversus pravos quoq; non excanduit unquam,
Aut est commotus lacrymis, precibus vé bonorum.
Nolite ergò Virum tantum lugere, Propinqui,
Vivit mens cælô & nomen super athera claret,
Quantumvis corpus condantur & ossa sepulcro.

l. observandum 19. ff. de off. Præsid. & l. perspiciendum 11. ff. de Pœnis.

Paucis hisce metris extemporaneis supremum honorem Patrono & Promotori suo desideratissimo exhibere, justumq; dolorem & observantiam Relictis contestari, ut meritò debuit ita libenter voluit

Samuel Prætorius, Ill. Archidicasteriis Stetinensis & VVolgastani Advocatus.

ILle Dicaster est Director morte peremptus,
Quem flent Justitiæ Tutores ore madenti,
Quem flet & uxor amans, tenerâ cum prole! Quid ergò,
Ipse Ego non lacrimer, Affine orbatus amicô,
Et Promotore, & charo-vice sæpe-Parente!
Sed, quia Justitiæ Præses fuit atq; Patronus,
Præmia justitiæ cœli jam tollit in arce,
Non lacrimemur, ei sed grata precemur, in altis
Cum firmamanti ceu splendor fulgeat astris.

Ultimo honori Dn. Adfinis, & Patroni olim sui desideratissimi. f.

Fridricus Otto à Berg
Nobilis Marchicus.

PAtria Consilio nunc indiget inclita multo,
Cum turbis plena est, cum Duce cassa jacet!
Consilio patriæ sed quos decet esse, rapit mors!
O fer Consilium subsidiumq; DEUS.

Eobald de Mellentin Nobilis Pomeranus.

Nun

MVn hat der Menschenfressr / sein Müthlein wol gekühlt/
Vnd off dies Adlgeschlecht/ gerade zu zugezihlt/
Rechtschaffn Er sich von einm / zum andern hingelenckt/
Vnd inner Jahres Zeit / viel Hertzen sehr gekrenckt.
Denn die da wol noch nie/ an kein Valet gedacht/
Hat Er leydr allzufrüh / in Scheidensnoth gebracht.
Darzu an denen die/ zuvor hoch wahrn betrübt/
Sein grawsamb Tyranney/ zum Vberfluß geübt.
In dem er auff dem Schloß/ zur Stoltzenburg dort drauß/
Mit seiner Stichel hat / kläglich gehalten Hauß.
Vnd den Adlichen Mann/ Fridrichen von Rammin
Nach seinen Alten brauch / Erstlich thun nach sich (ziehn.
Vnd verursacht also/ daß da nurt haben müssn/
Witwe vnd Wäysen all/ jhr bitre Thränen vergissn.
Auch hat er an diesm Riß / nicht vergnügt sein woln/
Sondern auch andre mehr / im Grim thun nach sich (holn.
Vnd hernegst angefast/ ein Adeliches Kind/
Heydnreich von Kossown / jtzt man im Lebn nicht (find.
Ferner hat er sein Gewalt / eyffrig extendirt,
Vnd selbsten Kindes Vatrn / an diesen Reyn geführt.
Einen Jungen vom Adl/ vnd Hofeman / genandt
Joachim Küssow from/ einn jeden wol bekandt.
Da er wiedrumb zu weinn/ vnd klagn bey Tag vnd Nacht/
Die Junge Witb vñ Weysn/ gantz jämerlich gebracht.

Wie er nun vff dem Land dieß Freundschafft wol verödt/
Vnd Alte mit den Jungen mit seinm Speer getödt/
Hat er erst angefangn / allhier sein Zeen zuweisn/
Vnd Jam̃r mit Thränenbrodt/ gantz hauffenweiß zu-
In dem er wieder meinen/ ja wieder als verhoffn. (speisn.
Den Fürstlichen Verwaltr/ mit seinem Pfeil getroffn.
Auch ferner mit gewalt jhm so lang nachgeschlichn/
Biß das sein rother Mund in einem Huy verblichn.
Herrn Christoff von Zastrown/ der da in Jungen Jahren
Nach recht Adlichem Sitt/ viel studiert vnd erfahrn/
So/ daß es jhm hernach gar nicht ist worden leidt/
Sondern hat allgemach erlebet solche Zeit/
Daß er in diesem Land/ sich hoch verdient gemacht/
Vñ einen grossen Nahmn/ mit Ruhm an sich gebracht.
Der Landes Fürst / weswegn/ Wir itzt sein all betrübt/
Hat diesn gwünschten Mañ/ auch trefflich sehr geliebt.
Drumb er die Grechtigkeit/ daran er stets thun bawen/
Diesm fürtrefflichem Mañ / hat wollen anvertrawn.
Da er dann Jedermans Anliegen gern gehört/
Vnd wol in acht genommn/ Actors vnd Rei-wort.
Die Partn er offt entscheidn in Güt/ vnd Freundligkeit/
Daß ohn Geltfressent rechtn/ sich vertrugen viel Leut.
Die abr da nicht woltn/ sich an sein Gutmeinen kehrn/
Hat er jmmer hin lassn/ daß Gelt darüber verzehrn.
Das mancher wol gewünscht/ er hette folg gethan/
Vielleicht wer er gebliebn/ ein wolbehaltner Mann.
Jhn habn die Lands Einwohnr/ von Hertzen geliebt sehr/
Weil er zu End gebracht/ jhr alte Sachen schwer.

Ja

Ja noch viel schwerer Händl/ het er wol loß getriebn/
Het jhn der bittter Todt/ so früe nicht auffgriebn.
Den Reichen nicht allein/ sondern darbey den Armn/
Er Audientz gegönt/ drumb er sehr zu bekarmen.
Der Advocaten Vatr/ ist er warlich gewesn
Die seind auch sehr betrübt/ das er nicht mögn genesn.
Darumb ist hier kein Mann/ ich wil geschweign ein Kind/
So diesem from̃en Herrn/ sein Lebn nicht gern gegünt.
Vnd ob er wol nun kompt/ vns aus den Augn dahin/
So wird er bleibn/ doch vielen in jhrem Sinn.
Vnd weil er nnn gewesn/ ein hoch gewünschter Mann/
So werdns seine Erben/ jhr Lebtag auch Rhum han.
Drumb die jhr Leide tragt/ thut doch den Schmertzn stiln/
Vnd denckt das alles sey/ geschehn nach Gottes willn.
Thut euch mit Thränen nurt nicht mehr waschen vñ speisn/
Trost euch im Himmel lebt/ der versorgt Witwn vnd
Vnd das der from̃e Gott/ in jenem ewign Leben/ (Wäysn.
Für ausgestandnes Creutz / viel Frewd vnd Wonn
wird gebn.
Ohn alles Creutz da euch der Todt nicht scheiden kan/
Vnd werdet für vnd für/ Gott vnd euch schawen an.

E N D E.

921116 Bibliotheca 105 000
P.P. Camaldulensium in Bielany
Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej
06393
S.VIII.33